# Dominica.III.post Pasca

innũerabilibꝫ ꝛ singlis laudũ diuinaꝝ discãtibꝫ.
y Ad hoc facit etiã exẽplũ de magdalena que
triginta ãnis nil gustauit ꝑ suauitate celestꝫ me
lodie ad quã eleuabaꝛ ꝑ angelos ĩ celũ vt audi-
ret. Jtẽ narrat discipulꝰ in sermõe ꝙ q̇dã religi-
osus petiuit a deo: vt.ſ.oñderet ei minimũ gau-
diũ celeste. ꝛ ecce orãti apparuit angelꝰ ĩ specie aui
cule cantãtis dulciter. ꝛ cũ vellet eã cape secutꝰ ẽ
eã in siluã. ꝛ auscultãdo eã stetit sub arbore trecẽ
tis annis nil aliud sentiẽs nec gustãs ꝑ dulcedi
ne cãtus illꝰ: ſꝫ putabat se vix vnã horã stetisse. q̃
cũ auolasset rediȷ̃t frater ad claustrũ. et cũ nullꝰ
eũ agnosceret ꝛ mirarenꝛ quesierũt fratres ď ab
bate sub quo exiuit ꝛ inuenerũt trecẽtos annos
trãsiuisse ꝛc̃. Quãta ģ dulcedo erit in celesti can-
tu si tãta fuit de vna auicula. Tũc ille frater sũ-
pta eucharistia statim obdormiuit ĩ dño. Hoc
idẽ narraꝛ in li. q̇ ď speculũ exẽploꝝ. Undeci
mũ gaudiũ erit ab operꝝ ꝛ oĩm meritoꝝ p̃miosi
tate. Nã vt scribiꝛ Apocꝫ.xiiij. Beati mortui q̇ in
dño moriunꝛ. opa eñi illoꝝ sequũꝛ illos. O quã
tũ ibi erit gaudiũ vbi nõ solũ magna opa ꝟtutũ
p̃miabũꝛ: ſꝫ etiã minima bona opa facta siue lo
quẽdo siue opando: orãdo: cogitãdo: cõpatiẽdo
ꝓximis ꝛ sustinẽdo ꝓ deo q̇scunqꝫ labores ꝛ ad
uersa. Ro.viij. Diligẽtibꝫ deũ oĩa coopanꝛ in bo
nũ. Uñ Hiero. dic̃. Nullꝰ labor durꝰ nullũ tps
longũ videri debꝫ q̇ glia eternitatꝫ acq̇riꝛ. Z
Exemplũ narrat discipulꝰ ĩ ꝓmptuario ꝙ q̃
dã monialis ĩ morte agonisauit septẽ diebꝰ ma
xima ĩfirmitate. q̃ post mortẽ apparuit sub p̃orisse
dicẽs se saluatã ꝛ tãtuꝫ habere p̃miȷ̃ ꝓ opibꝫ ꝙ si
posset habere vitã istã libẽter suscipet infirmita-
tes p̃stinas pati ꝓ hoc solo vt vnum aue maria
posset dicere. qtenꝰ p̃miũ indicibile ꝓ tãto debi-
tũ superadderet. Jtẽ ꝓ q̃libet penitẽtia quotiẽs q̇ſ
ꝯtritꝰ vel ꝯfessus ẽ habebit coronã gaudiȷ̃. deni-
qꝫ ꝓ q̃libet tẽptatõe quã ꝛ q̇tiens vicit: gaudebit
Bern. Quotiẽs vincis: totiẽs coronaris. Uñ le
giꝛ in vita pa. ꝙ q̇dã senex mãdauit discipulo vt
nõ recederet a loco vbi erat ſꝫ ꝯtigit ꝙ interim se
nex obdormiuit ꝛ ille tẽptabaꝛ vt recederet. ſꝫ re
stitit cogitãs p̃ceptũ obseruare. ꝛ factũ ẽ hoc septi-
es. Uidit aũt senex in somnis septẽ coronas di-
scipulo illi de celo submitti. Euigilãs interroga
uit q̇d fecisset. Et ille nil (inq̇t) nisi dũ mihi septi-
es suggestũ fuisset recedere nõ feci. Et sic senex co
gnouit ꝙ ꝓ victoria tẽtatõis habuisset tot coro
nas. O q̇ ania xp̃iana cogita quãta sint gaudia.
Duodecimũ erit a secura ꝑpetuitate. qꝛ oĩa
p̃dicta gaudia secure sciũt se possidere ĩ ꝑpetuũ.
ideo infiniti erũt dies ꝛ anni q̇ gaudebũt. Pro-
pterea Chrẏs dicit. O anie fideles si (inq̇t) quoti-
die opteret nos tormẽta ꝑferre gehenne ꝓ eo vt
christũ videre possemus in gloria nõ esset condi
gnũ pati oĩe q̇ꝺ triste est vt tante glorie ꝑticipes
haberemur. Rogemꝰ ergo christuꝫ dñm vt det
nobis gratiã ꝛc̃.

De eadẽ dñica tertia post Pasca Sermo ter
tius.ſ. iuxta euãgeliũ applicãdo de visiõis mu-
tue in futuro ꝛ cognitõis gaudio.

**Vos ergo nũc qui**
dẽ tristiciã habetis: iterꝝ aũt videbo vos
ꝛ gaudebit cor vestrũ. Joh.xvj. ꝛ in euã
gelio hodierno. Uerba sũt saluatorꝫ qbꝫ ꝟbis iu
xta h̃ euãgeliũ xp̃s dñs insinuat ꝙ q̇ volũt in fu
turo gaudere cũ ip̃o scꝫ xp̃o deo opꝫtet eos in p̃n-
ti ꝯtẽnere mũdana ꝛ tristari in penitẽtia. Nã vt
Aug. li. solilo. ait. Nemo põt ꝯsolari in vtroqꝫ se
culo: hic ꝛ in futuro. nõ possũt eẽ due estates: ſꝫ
post estatẽ venit hyems ꝛ post hyemẽ estas. Sic
hoĩes seculares in p̃senti volũt habere estatẽ cõ-
solatiõis mũdane. ideoqꝫ in futuro habebũt hy
emẽ tribulatõis. Sꝫ hoĩes spũales ꝛ deũ timen
tes eligũt sibi p̃ntẽ tribulatõeꝫ ꝛ tristiciã peniten
tie ꝓ pc̃tis vt ꝯsequanꝛ in futuro gaudia celestia
Et hoc ẽ q̇ꝺ xp̃s dicit in hoc themate discipulis.
Nũc q̇dẽ tristiciã habe. ꝛc̃. ꝛ ptꝫ in euãgelio. Ju-
xta hoc itaqꝫ euãgeliũ ꝓ sermone isto tria myste-
ria notemus loquẽdo de gaudiosa vita futura
post resurrectionẽ.
Primũ de meritoria gaudioꝝ futuroꝝ acq̇-
sitiõe. hoc patet ex euãgelio.
Scdm̃ de mutua cũctoꝝ hoĩm visiõe. Nã di
cit. Uidebo vos.
Tertiũ de letabũda singuloꝝ cognitõe. quia
subdit. Gaudebit cor vestrũ.
a Circa p̃mũ de meritoria gaudioꝝ futu-
roꝝ acq̇sitiõe vt satisfaciamꝰ euãge. ip̃i notãdũ
ꝙ saluator noster in hoc euãgelio insinuat ĩ my
sterio q̃ttuor p̃cipua ꝑ q̃ mereꝛ q̇s in p̃senti vite
future gaudia acquirere.
Primũ est fidei formate actus.
Scdm̃ est mũdialiũ ꝯtẽptus.
Tertiũ est penitẽtie vere fletus.
Quartũ est bonoꝝ operꝝ fructus.
Primũ est fidei formate actꝰ vt credamꝰ deũ ſꝫ
oẽs articulos fidei xp̃i ꝛ diligamꝰ. Nã fides me
reꝛ dei visionẽ beatã ĩ q̃ ẽ summũ gaudiũ celeste.
Uñ glo. Ro.j. di. Merces fidei ẽ videre in vita
eterna q̇ꝺ credimꝰ: hoc est trinitatẽ ꝛ xp̃i gliam.
Jõ Aug. sermõe.xviij. de ꝟbis dñi in mõte dicit
Ambula nũc ꝑ fidẽ vt ꝑuenias ad spẽm. Nõ le-
tificabit spes in patria quẽ fides nõ ꝯsolaꝛ ĩ via
Hec Aug. Jtaqꝫ vt ꝑueniamꝰ ad gaudia visio-
nis diuĩe debemus fidẽ formatã habere. Nã ſm
theologos docꝛ. sup. iiij. tribꝫ ꝟtutibꝫ theologicꝫ
succedũt tres dotes in p̃ria.ſ. visio dei succedit fi
dei fruitio charitati. tentio spei. Hoc p̃mũ meri
tũ gaudioꝝ scꝫ fidẽ xp̃s in hoc euãgelio insinuat
in sua visiõe: vt ptꝫ in euãgelio. vbi dic̃. Jterꝝ mo
dicũ ꝛ videbitis me. ꝛ iterꝝ videbo vos.ſ. creden-
tes. ꝛ gaudebit cor vestrũ. q.d. Si nõ videretꝫ me
scꝫ ꝑ fidẽ nõ ꝑueniretis ad gaudia resurrectõis.
Scdm̃ ẽ mũdialiũ ꝯtẽptꝰ. Nã Amb. sup Lu.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-524/0228
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt